Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 861
Quelle:
Copyright:

V. *fol.* 140. p. 2. *Incipit Prefacio in libris Anſvelmi cantuarienſs. Epiſcopi Cur deus homo.* Ita: *Opus ſubditum quod propter quosdam qui antequam* (perfectum) *et exquiſitum eſſet* &c. Rogat *Anſelmus* ſub finem, ut Transſcriptores ſemper *Capitula* praefigant utriusque Libri. Paruit Noſter. Verum poſt illa, tanquam Deus ex machina, comparet *Prologus Anſelmi De incarnatione verbi*, et eo abſoluto demum inchoat *Liber I. Cur Deus Homo* hoc tenore: *Sepe et ſtudioſe a multis rogatus ſum* &c. Quod quomodo acciderit, non diſpicio. Prologus iſte legitur Edit. *Pariſ.* 1721. p. 41. f. noſtrum vero Opus, quod in Codice integrum et ſatis ſincerum eſt, p. 74. Ad calcem iterum jacet: *Explicit Anno 91. in die Nicomedis.*

VI. *fol.* 161. p. 2. *De diuinis nominibus.* Disquirit Theologus de vario ſignificatu *ꝛꝛ Deus, Deitas, Divinitas, divina Natura, divina Subſtantia, divina Eſſentia, ſubſtantia vel natura Patris, ſubſtantia uel natura Filii*, de Trinitate et Generatione in Divinis. Init: *Hoc nomen deus quinque* (modis?) *accipitur pro tota trinitate vt creavit deus celum et terram* &c.

VII. *fol.* 163. *Incipit expoſicio Canonis.* Puta Miſſae. Lectio, ut videtur, ſcholaſtica hujus ingreſſus: *In nomine domini — In decretis de conſecratione diſtinctione 2ª art. 2°. Alexander 5ᵘˢ a petro. Nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt* &c. De tribus pertractat: 1° *de cauſis et diſpoſicionibus celebracionem miſſe precedentibus.* 2° *de ſollempnitate miſſe. et de miſterijs in eius celebracione concurrentibus.* 3° *de nominibus huic officio conuenientibus.* Definit in Hiſtoriolam Sacerdotis *Pariſini*, quem Daemon *magnum furem* dixit, quod poſt Miſſam omitteret ſemper Orationem illam: *Placeat tibi ſancta trinitas* &c.

VIII. *fol.* 179. Συλλογη *Sermonum* de Feſtis Domini, B. V. Mariae et variorum Sanctorum, item de ultimis Temporibus, de novo Sacerdote, et de Fidelibus defunctis, nullo certo ordine, neque autore, niſi, quod *fol.* 231. p. 2. habetur *Sermo Magiſtri Thome de Confeſſione*, et *fol.* 236. *Sermo magiſtri baltheri theologie de paſſione domini.*

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 255
Folior. 113. f. per duas columnas probe exaratus, rubricis diſtinctus, et, ut in fronte notatur, a M. *Nicolao de Dinckelſpuchel* datus *ad Librariam Collegij ducalis Homiliarium* eſt *Gregorii M. in Evangelia*, praemiſſa primum ad *Secundinum*, quem Codex non *Epiſcopum*, ſed *Coepiſcopum* vocat, *Epiſtola*, dein XL. Evangeliorum, in quae totidem habitae ſunt Homiliae, Initiis, ad quorum calcem minio: *Gregorij Pape vrbis rome numero XL. expliciunt capitula*, et continuo: *Omelie de diuerſis lectionibus ewangelij.* Hae porro decurrunt, ut in edit. *Maur. Pariſ.* T. I. 1705. *col.* 1436. f.

niſi